

W. 2.  
(9)  
Zweiter Brief  
/

102  
22

**GERMANIA**

subito Obitu

Magni magnæ Britannia Regis

**WILHELMI III.**

gloriosissimæ memoriæ

OBSTUPEFACTA, CONCUSSA,

in

**ACTU ORATORIO**

*Die 29. Maji, Hora I. usq. 3. pomerid.*

*repræsentabitur,*

ad quem condecorandum

**HONORATISSIMI DOMINI MECENATES, PATRONI,**

**COLLEGÆ ATQVE MUSARUM AMICI**

officiosissime perqve amanter

invitantur

à

**M. GODOFREDO STEINBRECHERO,**

illustris Scholæ Torgens. Rectore.

*TORGÆ,*

**Typis JOHANN. ZACHARIÆ HEMPL.**



**E**LOQVAR, AN SILEAM? His verbis pietatis ille laude insignis Vir Æneas tristiori nuncio exterritus, ancipiti se animo hæere pronunciabat, quum, incensa urbe Troja, iussu ipsius; Patris Anchisæ, comite filio Alcanio, navi vectus Cretam proficisceretur, & multum terris jactatus & alto, juxta tumulum cornea virgulta, horridam densis hæstillibus myrtum pariter ac ramos frondentes, quibus aras Deorum tegeret, convellens, ruptis radicibus, sanguinis atrii guttas emanare & profuere deprehenderet, causamque percontatus, imo ex tumulo gemitum, jacrymabilem, vocem sidera ferientem perciperet:

*Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto.  
Nam Polidorus ego, hanc cruor hic de sipsis manas &c.*

Quibus spem præter & opinionem Æneas perceptis obstupuit, steteruntque comæ & vox faucibus hæsit pronuncianti: ELOQVAR AN SILEAM? Quodde plura legi merentur *L. III. Æneid.* Et sane rem ex improvito prospere infeliciterve cadentem lingvæ imperasse se penumero silentium, & imperato ex nuncio homines nonnullos plane obstupuisse, quin & subito animam efflaxerunt, multis id testimoniis exemplisque comprobare in proclivi esset, nisi paginæ angustia aliud imperaret. Nec est, cur cogitationibus nostris multa multorum, quæ elapsa sunt, seculorum exempla perlustremus: Auribus, dolorum nostris animisque horror ille stuporque adhuc immerfus est maximus, improvito illo atque acerbo nuncio audito: Magnum magnæ Britannia Regem, WILHELMUM III. gloriosissimæ memoriæ, cecidisse subito, obiisse placide. Adeo stupenda res erat funestissimus ille nuncius, ut, simul ac eo percepto, quilibet, cui salus publica ac requies curæ cordiqve est, obstupefactus exclamaret: ELOQVAR, AN SILEAM! rectissime. Equidem *darovdoi* hostes gaudio delibuti super hoc nuncio, omnibus quasi lætitiis incedere ceperunt, sicuti jamdudum vice plus simplici omnes nervos, dolos & machinationes intenderunt, ut potentissimo Regi Wilhelmo animam ante diem extinguerent, quippe haud ignari, quantum momenti in ipsius consiliis, auxiliis ac virtutibus hæctenus situm fuerit, imprimis consurgente nova trucis & cruenti belli nube: tonante jamjam ac fulminante ab omnibus ferme Europæ tractibus procella, magno cruoris imbre omnia sædatura. Nonne quilibet nostrum doleat: Magnum hac belli tempestate cecidisse Heroa? nonne exclamet quilibet: ELOQVAR, AN SILEAM! Sed eloquendum, non silendum nobis est: cecidit quidem magnus ille Rex, sed virtutes ejus resque, immortalis cum gloria gestæ neutiqvam cecidere. Hinc et si nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia, quæ, non dicam, exornare, sed enarrare, SANCTE WILHELME, virtutes tuas resque gestas possit; cum tamen campus Oratoriæ latissime pateat, nec unquam illius fores Oratoribus clausæ fiat: vitio haud nobis datum iri speramus, quod aviculas aqvillis sese miscere, hoc est: quod pennas oratorias altius volare passi, nonnullis bonæ indolis egregiæque spei Adolescentibus facultatem, gloriosissimam memoriæ magni magnæ Britannia Regis Wilhelmi III. recolendi ejusque virtutes ac res præclarissimæ gestas pro virili celebrandi fecerimus. Prohibent itaque in Campum Oratorium, & quas suo Marte conscripserunt, Oratiunculæ, expromta memoria habebunt sequentes:

I. PRO

I. PROLOGUS.

CAROLUS CHRISTOPHORUS Buttnitz / Prioraviâ Saxo,  
exaggerabit dolorem, quem Europa ex acerbo Wilhelmi Magni obi-  
tu cepit maximum, quippe *Solis Eclipsin* representaturus, cum Lem-  
mate:

OBSCURATUS SPLENDET:

*Egra quidem lucis patitur Phœbe labores  
Fax, faciem, haud radios deficit, orba suam.*

II. JOHANNES GODOFR. Richter / Hertzberg.  
celebrat singularem *Fidem* amoremque, quem placide defunctus Rex,  
Britanniæ turbulentissimæ insultusque papales perpetienti, præstitit,  
sub pictura *Solis ad Horizontem accedentis*, cum epigraphæ:

ACCEDENTE REFLORESCET:

*Cum Phœontis equi celebres evolare per axem  
Gaudens è bruma naufraga verbas humus.*

III. JOHANNES GODOFR. Lechnert / Damenf. Saxo.  
repetit hanc *Fidem* unâ cum *pietate*, græco Idiomate, sub imagine vir-  
ginis illibata, cum lem mate:

NESCIA FUCI:

*NESCIA qua FUCI virgo sua jura Diane  
Libavit, Veneris toxica surta fugit.*

IV. AUGUSTUS CHRISTIANUS Surtz / Lipsiensis,  
commendat *zelum & ardorem*, quem Wilhelmus magnus in tuenda  
Religione exhibuit, instar *Leonis* altera manu *Codicem Sacrum*, altera  
*Gladium* tenentis, additis verbis:

HIC, HOC:

*Imperii CODEX FERRUM & moderantur habenas,  
Numinis HIC auram praripit, HOC populi:*

V. JOHANN. SEVERINUS Zwirniger / Belgrâ Misnicus,  
*Fortitudinem* Regis edocet, sub specie *Fulminis*, cum inscriptione:

HUMANA MOVEO:

*Dissiliit omnis aër, miscetur murmure celum,  
Quolibet humani Martia tela movent.*

VI. GODOFREDUS LANGMASIUS, Gubenâ Lusatus,  
Prudentiam tam statificam, quam militarem sistit sub effigie JANI  
BIFRONTIS, cum explicatione:

ANTE RETROQUE:

*Ambiguam, ancipiti mirandus imagine Janus  
Contorquet vultus ante retroque facem.*

VII. JOHANNES CASPARUS Krause / Rosvveinâ Misnicus,  
Wilhelmi III. Amorem in populos sincerum extollit, adstipulante  
*Magnete*, cum Lemmate:

NON NISI POPULUM.

*In patriam pietas Magnetica, non nisi plebem  
Percaram Regu spectat & alma fides.*

VIII. CHRI-

VIII. CHRISTIANUS Gangland / Torgensis,  
repræsentat ejusd. Regis *Moderatam Humilitatem*, prælucente, LUNA  
cum inscriptione:

MAJOR, QVIA HUMILIOR.

*Inferior quoniam ac humilis, soror amula Phœbi  
Luna, ideo major splendidi oris, cluit.*

IX. JOHANN. ADAMUS CALO, Belgra Misnicus,  
collaudat ejusd. *Beneficentiam*, sistens *Nubem fecundam*, adjecto Lem-  
mate:

DIVES IN OMNES.

*Colligit æther aquas, lætus mox dives in omnes  
Sole albescentes funditur imber agros.*

X. JOHANN. ZACHARIAS Neufang / Torg. Misnicus,  
exponit *Vita Curriculum*, exhibens *Globum terrestrem*, cum lemmate:

NON SUFFICIT UNUS:

*Terrestri fati fragilis non sufficit unus,  
Aster alius vertitur COELICUS ille GLOBUS.*

XI. PAULUS CHRISTIANUS Schröder / Witenbergensis,  
Nec non

XII. JOHANN. ANDREAS Hermann / Torgensis.  
gratulantur novæ magnæ Britannicæ REGINÆ, universæ Europæ & præ-  
cipue Saxonicæ nostræ halcyonia omniaque prospera apprecantes, ille  
quidem gratias verbis, Hic latinis, sub pictura *Palma* tempestatum vi  
conculsa ac restituentis, additâ epigraphæ:

CONCUSSA RESURGIT:

*Sic reditura, minis Cæli concussa resurgit  
Palma, redit, primus frondibus atque decor.*

### EPILOGUS.

MICHAELIS Börner / Witenbergensis

Auditoribus gratias pro benevola attentione agit, & una cum secundo per-  
orantium Jo. Godofredo Richter, in celeberrimam Academiam Witeber-  
gensensem abiturus, mentem beneficiorum à Patronis ac Præceptoribus  
acceptorum memorem gratiamque pio testatur voto, sistens *Agrum ferti-  
lem*, cum lemmate:

ACCEPTIS PLURA:

*Libere dives ager lætis Cerealia sulcis  
Ruricola ACCEPTIS munera PLURA dabit.*

En itaque, Patroni, Collegæ atque Amici O. O. H. Actus Oratorii  
velut in Nuce Corticem, ipsius nucleo fruituri, præsentia quæ-  
sumus vestra honorifica benevolæque attentione ipsum dignemini,  
certo pervasi, singularem hanc gratiam ac benevo-  
lentiam omni nos officiorum genere nunquam esse non com-  
pensaturos. Dab. Torgavia VII. Calend. Junii A. O. R.

M. DCCII.



78 M 437



TA → OL


kein Rest.

nur 5A, Sta. verknüpft bisher



1077







# GERMANIA

subito Obitu

Magni magnæ Britannia Regis

# WILHELMI III.

nae memoriae

ACTA, CONCUSSA,

in

## RATORIO

ora I. usq. 3. pomerid.

sestabitur,

ondecorandum

MÆCENATES, PATRONI,

MUSARUM AMICI

perqve amanter

titantur

a

STEINBRECHERO,

Torgens. Rectore.

RGÆ,

ZACHARIÆ HEMPL.

